Innocentius epus servus servorum dei Venerabili fratri .. Epo Cracovien. Salt et aplicam ben. Ad
audientiam nram pervenit quod Venerabilis frater nr Nicolaus Epus Elacen et dilectus filius Michael ordinis
fratrum predicatorum professor asserentes se per quasdam litteras felicis recordationis Bonifacii pp viiii predecessoris nri illam in
audiendis confessionibus eis sua peccata confiteri volencium in Regno Polonie ac nonnullis partibus potestatem habere quam habent
dilecti filii minores penitenciarii nri in urbe protempore deputati pretextu potestatis eiusdem non ut saluti animarum huiusmodi
sed potius earum avaritie consulant simplicium huiusmodi ad eos declinancium necnon huiusmodi eorum peccata ipsis confitencium
confessiones audire ipsisque penitencias etiam in casibus in quibus dicti penitenciarii minores de consuetudine vel de iure in ipsa
urbe possunt absolvere quod satis absurdum est et racioni contrarium potissime intercedente pecuniario questu in eisdem Regno
et partibus indifferenter imponere ac etiam cum presbiteris super diversis irregularitatibus dispensare atque alia multa enormia
attemptare ac facere non verentur quasquidem litteras non credimus de ipsius predecessoris conscientia processisse cum consimiles
littere non consueverint aliquibus in Romana Curia exhiberi. Nos igitur quorum interest super talibus de oportuno remedio pro
videre volentes fraternitati tue de qua in hiis et aliis specialem in domino fiduciam obtinemus per aplica scripta mandamus
quatinus vocatis dictis Epo et Michaele ac aliis qui fuerint evocandi super premissis inquiras auctoritate nra diligencius verita
tem et si per eandem inquisitionem ita esse repereris eosdem Epm et Michaelem ac alios quoscunque forsan cum eis in premissis culpa
biles de quibus tibi constiterit eadem auctoritate capias ac sub fida custodia tamdiu detinere studeas quousque per te de illis que
reperies certificati quid de ipsis ulterius fieri velimus tibi duxerimus intimandum eosque et eorum quemlibet inhibendum tibi
efficaciter quoque per ipsos a simplicibus aplis pretextu audicionis confessionum ac litterarum predictarum ut prefertur extorta per
censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia de quibus tibi videbitur auctoritate predicta appellacione remota previa racione com
pellas Invocato adhoc si opus fuerit auxilio brachii secularis eisque inhibeas ne decetero dictis litteris per se vel alios uti presumant
et quas etiam nos ex habundanti cautela exnunc cassamus et irritamus nulliusque esse volumus [illegible] momenti Non obstante
si eidem ordini a sede aplica sit indultum quod persone ipsius ordinis ad iudicium trahi aut suspendi vel [illegible] seu ipse aut loca
dicti ordinis interdici non possint per litteras aplicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum [illegible] huiusmodi menti
onem et qualibet alia dicte sedis indulgencia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat per quam presentibus [illegible] expressam vel totaliter
non insertam tue iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri que quo ad hoc ipsis [illegible] aliquatenus suffragari
Volumus autem quod pecunias huiusmodi sic ut prefertur extortas quas ab eisdem Epo et Michaele forsan habueris [illegible] Camere aplice
fideliter et integre quantotius destinare procures. Dat Viterbii Kl. Decembris Pontificatus [illegible] Anno Secundo.

F. de Montepoliciano

15

Innocentii VII a ~~[illegible]~~ 1406 ad Petrum Wysz
episcopum Cracov.

1406 [illegible] Innocent. VII ad Petrum
Wysz episc. Crac.